

**www.e-rara.ch**

**M. T. Ciceronis Epistolarum volumen, earum quae familiares olim dictae, nunc rectius ad familiares appellantur**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Augustae Munatianae, 1620**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-28569>

Ciceronis epistolarum ad Curionem, et alios. Liber II.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

CICERONIS EPI-  
 STOLARVM AD CVRIO-  
 NEM, ET ALIOS.  
 LIBER II.

ARGVMENTVM.

Quatuor partes habet hæc epistola. Primum, accusa-  
 tus a Curione quod minus sæpe scriberet, excusationem  
 affert, cum officij sui commemoratione. Deinde, dolorem  
 suum ex illius absentia, & ex eius sã dignitate latitiam  
 narrat. Tertio loco ad laudem & virtutem hortatur.  
 Postremo, commendat illi suam senectutem. Mittit au-  
 tem Cicero in Asiam has omnes epistolas ad Curionem  
 quaestorem: præter ultimam, qua incipit, Sera gratula-  
 tio: quam scripsit in prouincia Romam ad Curionem  
 tribunum pl.

Excusatoria, Gratulatoria, Hortatoria.

M. Cicero s. D. C. a C. Curioni.



VANQVAM me nomine ne-  
 gligentia suspectum tibi esse do-  
 leo, tamen non tam mihi mo-  
 lestum fuit accusari abs te offi-  
 cium meum, quàm iocundum  
 requiri præsertim quum in quo accusabar, culpa  
 vacarem: in quo autem desiderare significabas  
 meas literas, præ te ferres perspectum mihi qui-  
 dem, sed tamen dulcem & optatum, amorem  
 tuum. Equidem meminem prætermisi, quem  
 C 3 quidem

a Curio, Scriba-  
 niorum cogno-  
 men.

b Excusatio cõ  
 benevolentia  
 testimonio.

*a* Non dixit diligēs, sed impiger: magis ut excuset se, quā ut laudet.

*b* Ep. 2. lib. 5.

*c* Secūda pars epistola.

*d* Tertia pars epistola.

*e* Philip. 2.

*f* Laudat simul.

*g* hortatur,

quia cohortatio debet esse

cum laude, ep. 12. l. 15.

*h* Quarta pars epistola.

*i* Scripsit enim hac annos natas. L. IV.

quidem ad te peruenturum putarem, cui literas non dederim. Etenim quis est tam in scribendo impiger, quam ego? a te verò bis tēve ad summum & eas per breues, accepi. Quare si iniquus es in me iudex, condemna bo eodem ego te crimine: sin me id facere roles, te mihi b æquum præbere debebis. Sed de literis hæctenus. Non enim vereor ne nō scribendo te expleā, præsertim si in eo genere studiū meū non a spernabere. c Ego, te abfuisse tā diu à nobis, & doleo, quòd carui fructu iocundissimæ consuetudinis tuæ: & lætor, quòd absens omnia cū maxima dignitate es cōsequutus: quòdq; in omnibus tuis reb. meis optatis fortuna respōdit, Breue est quod me tibi præcipere meus incredibilis in te amor cogit.

d Tāta est expectatio vel e animi vel ingenij tui, ut ego te obsecrare obestariq; non dubitē, sic ad nos confirmatus freuertare, ut, quam expectationē tui cōcitasti, hanc sustinere ac tueri possis. Et, quoniam meā tuorū erga me meritorū memoriā nulla vnquā delebit obliuio: te rogo ut memineris, quantæcunq; tibi accessiones fiēt & fortunæ & dignitatis, eas te nō potuisse cōsequi, nisi meis puer olim fidelissimis atq; amātissimis cōsiliis paruisses. Quare hoc animo in nos esse debebis, ut atas nostra iā h ingrauescēs, in amore atque adolescentia conquiescat tua. Vale.

ARG. Consolatur Curionem in obitu patris, seq; illi parentis futurum loco pollicetur.

Consolatoria.

Cicero s. D. Curioni.

2

G R A V I teste priuatus sum amoris summi  
Erga te mei, patre tuo, clarissimo viro: qui,  
cum

cum suis laudibus, tum vero te filio, superasset omnium fortunam, si ei contigisset ut te ante a videret, quam a vita discederet. Sed spero nostram amicitiam non egere testibus. Tibi patrimonium dii fortunent: me certe habebis cui earum æquè sis & periocundus ac fuisti patri. Vale.

a Post reditum  
è prouincia.

ARC. Dissuadet à muneribus dandis in funere patris. dari autem populo solebat gladiatorium munus.

Dissuasoria.

Cicero s. D. Curioni. 3

**R**VPAB studium non defuit declarandorum munerum tuo nomine: sed nec mihi placuit, nec cuiquam tuorum, quidquam te absente fieri, quod tibi, quum venisses, non esset integrum Meam quidem sententiam aut scribam ad te postea pluribus, aut ne ad eam meditare, imparatum te offendam, coramque contra istam rationem, meam dicam: ut aut te in meam sententiam adducam, aut certe testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim. ut, si quando (quod nolim) displicere tibi tuum consilium coeperit, possis meum recordari. Breui tamen sic habeto. in eum statum temporum tuum reditum incidere, ut iis bonis quæ tibi natura, studio, fortuna data sunt, facilius omnia quæ sunt in republ. amplissima consequi possis, quam muneribus: quorum neque facultatem quisquam admiratur (est enim copiarum, non virtutis) neque quisquam est quin fatietate iam defessus sit. Sed aliter atque

b Libertus Curionis Rupa, est declarare, quod ep. 3. lib. 9. ostendere.

c Qua te adducit ut hæc munera danda populo existimes.

d Dissuasio à muneribus dandis.

e Quod est absque virtute, admiratione dignum non est.

ostenderam facio, qui ingrediar ad explicandam rationem sententiæ meæ. Quare omnem hanc disputationem in aduentum tuum differo. Summa scito in expectatione te esse, eaque à te expectari, quæ à summa virtute, summoq; ingenio expectanda sunt. Ad quæ si es, vt debes, paratus (quod ita esse confido) plurimis maximisq; a muneribus & nos amicos, & ciues tuos vniuersos, & rep. afficies. Illud profectò cognosces, mihi te neque cariorem neque iocundiorē esse quenquam. Vale.

a Tacite, monet gratiora fore merita in rep. quàm munera gladiatoria.

ARG. Hortatur Curionem ad studium summa laudi, quòd exoriēte iam bello ciuili, timet ne se ad improbos ciues, deserti a rep. conferat: quod euenit. grandi enim a re alieno à Casare liberatus, à senatu ad populum transfuit.

Hortatoria.

Cicero s. D. Curioni.

4

b Epistolarum tria genera.

EPISTOLARVM genera multa esse non ignoras: sed vnum illud certissimum, cuius causa inuenta res ipsa est, vt certiores faceremus absentes, siquid esset quod eos scire aut nostra aut ipsorum interesset. Huius generis literas à me profectò non expectas. tuarum enim rerum domesticarum habes & scriptores & nuntios: in meis autem rebus nihil est sanè noui. Reliqua sunt epistolarum genera duo, quæ me magnopere delectant: vnum, familiare & iocosum: alterum, seuerum & graue. Vtro me minus doceat vti, non intelligo. Iocerne tecum per literas? ciuem mehercule non puto esse qui a temporibus his ridere possit. An grauius aliquid scribam?

c Temporibus ad ciuile bellū spectantibus.

scribam? quid est quod possit grauitè à Cicero-  
ne scribi ad Curionem, nisi de rep. ? atque in  
hoc genere hæc mea causâ est, vt neque ea quæ  
nunc sentio velim a scribere. Quamobrem, quo-  
niam mihi nullum scribendi argumentum reli-  
ctum est, vtar ea *b* clausula qua soleo, teque ad  
studium summæ laudis cohortabor. Est enim ti-  
bi grauis aduersaria constituta & parata, incre-  
dibilis quædam expectatio: quam tu vna re fa-  
cillimè vinces, si hoc statueris, quarum laudum  
gloriam adamaris, quibus *c* artibus ea laudes  
comparantur, in iis esse elaborandum. In hanc  
sententiã scriberem plura, nisi te tua sponte sa-  
tis incitatum esse considerem: & hoc *d* quidquid  
attigi, non feci inflammandi tui causâ, sed te-  
stificandi amoris mei. Vale.

ARG. Gratulatur Curioni, quod & Roma non sit,  
vbi multa contra rep. committuntur: & ibi sit, vbi ex-  
rectè factis magnam laudem cōsequatur. Postremò eum  
ad suscipiendam rep. hortatur.

## Gratulatoria.

Cicero s. d. Curioni.

HÆC negotia quomodo se habeant, ne e-  
pistola quidem narrare audeo tibi: etsi, vbi-  
cunque es (vt scripsi ad te antea) in eadem es  
nauis: tamen, quòd abes, gratulor: vel quia non  
vides ea quæ nos, vel quòd excelso & illustri lo-  
co sita sit laus tua in plurimorum & sociorum  
& ciuium conspectu: & quæ ad nos nec obscuro  
nec vario sermone, sed & clarissima & vna om-  
nium voce perfertur. Vnum illud nescio, gratu-  
lernet tibi, an timeam, quòd mirabilis est expe-  
ctatio reditus tui: non quòd verear ne tua

a' *Odirosa* enim  
scriberem.

b *Epistolâ* con-  
cludã qua sen-  
tentia soleo.

c *Qua sũt?* mo-  
rales virtutes,  
iustitia, forti-  
tudo, tēperan-  
tia: quibus &  
nobis ipsis &  
parria consuli-  
mus.

d *Sic Terēcius,*  
Quidquid hu-  
ius feci.

e *Hic neg. qui-*  
dam legunt.

f *Nauem* posuit  
pro periculo  
meo. *Phœ-*  
*nās.*

*Liui. lib. 44.*

g *Antitheta*  
quatuor: ob-  
scuro clarissi-  
ma, vario vna  
opponitur.

C s opinio-

opinionum hominum non respōdeat: sed mehercule, ne, quum veneris, non habeas iam quod cures: ita sunt omnia debilitata, iam propè & extincta. Sed hæc ipsa, nescio rectene sint literis cōmissa. quare cætera cognosces ex aliis. Tu tamē, siue habes aliquam spem de rep. siue desperas, ea a para, meditare, cogita, quæ esse in eo ciue ac viro debent, qui sit temp. afflictam & oppressam miseris temporibus ac perditis moribus, in veterem libertatem ac dignitatem vindicaturus. Vale.

*a* *Vstrata* Ciceronis clausula ad Curionē. cuius enim noverat ingenium, ab eo iure movebat.

ARG. *Commendat summo studio T. Annium Milonem ad petitionem consulatus: & ut impetret quod vult, nihil omittit quod in genere commendatio requiri possit.*

Commendatoria.

Cicero s. D. Curioni.

6

*b* *Prima verba* studium petētū declarat.  
*c* *In qua* Curio quaestor fuerat.

*d* *Insinuatio* ad petitionem.

*e* *A* meritis suis dissimulāter.

**N**ONDUM *b* erat auditum te ad Italiam aduentare, quum Sex. Villium, Milonis mei familiarem, cum his ad te literis misi: sed tamen, quum appropinquare tuus aduētus putaretur, & te iam ex *c* Asia Romam versus profectum esse constaret, magnitudo rei fecit ut nō vereremur ne nimis citò mitteremus, quum has ad te quamprimum perferri literas magnopere vellemus. *d* Ego, si mea in te essent officia solūm, Curio, tanta, quanta magis à te ipso prædicari quàm à me ponderari solent, *e* Verecundius à te. si qua magna res mihi petenda esset, contenderem. **GRAVE** est enim homini pudenti, petere aliquid magnum ab eo de quo se bene e meritum putet: ne id quod petat, exigere magis quàm rogare, & in mercedis potius quàm beneficij

beneficij loco numerare videatur. Sed quia tua in me, vel nota omnibus, vel ipsa nouitate meorum *a* temporum clarissima & maxima extiterunt: EST QVÆ animi ingenui, cui multum debeas, eidem *b* plurimum velle debere: nō dubitavi id à te per literas petere quod mihi omnium esset maximū: maximēque necessarium. Neque enim sum veritus ne sustinere tua in me vel innumerabilia beneficia non possem, *c* quū præsertim *d* considerē nullam esse gratiā tantā, quam nō vel capere animus meus in accipiendo, vel in remunerando cumulandoq; illustrare possit. Ego omnia mea studia, omnem operam, curam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis consulatu fixi & locavi: *e* statuique, in eo me non officij solūm fructum, sed etiam pietatis laudem debere querere. Neque verò cuiquam salutem ac fortunas suas tantæ securæ fuisse vnquam puto, quantæ mihi sit honos eius: in quo omnia mea posita esse decreui. Huic te vnum tanto adiumento esse, si volueris, posse intelligo, vt nihil sit præterea nobis requirendum. Habemus hæc omnia, bonorum studium conciliatum extribunatu, propter nostrā (vt spero te intelligere) causam: vulgi ac multitudinis, propter magnificentiam *g* munerum, liberalitatemque naturæ, iuuentutis, & gratiosorum in suffragiis, propter ipsius excellentem in eo genere vel gratiam vel diligentiam, nostram suffragationem, si minus potentem, at probatam tamen & iustam, & *h* debitam. & propterea fortasse etiam gratiosam. Dux nobis & auctor opus est, & eorum ventorum, quos proposui, moderator quidam

*a* Tēpore exsilij sui.

*b* A consuetudine bonorum.

*c* Ep. 13. li. 8. ad Art. & xi. lib. 9. & xi. lib. xi.

*d* A spe remunerandi.

*e* Ab honesto.

*f* A studio suo.

*g* In qua Milonia patrimonium effuderat. Orat. pro Milone, & Ascō.

*h* Ipsius in me meritū.

a *Alaude Curionis.*

b *A persona sua.*

c *A persona Milonis.*

d *Arce sua.*

e *Quum in me patria restituendo vehementer cōtendisti.*

f *Causam & rem coniungit etiam ep. 7. l. 1.*

quidam & quasi gubernator. a *Qui* si ex omnibus vnus optandus esset, quem tecum conferre possemus, non haberemus. Quamobrem, si b *me* nemorem, si gratum, si bonum virum vel ex hoc ipso quòd tam vehementer de Milone laborem, existimare potes, si dignum denique tuis beneficiis iudicas: hoc à te peto, vt subuenias huic meæ sollicitudini, vt huic meæ laudi, vel ( vt verius dicam ) propè salutem tuum studiū dices. De ipso c *T Anno* tantum tibi polliceor, te maioris animi, grauitatis, constantiæ, beneuolentiæ erga te, si complecti hominem volueris, habiturum esse neminem. Mihi d *verò* tantum decoris, tantum dignitatis adiunxeris, vt eundem te facile agnoscam fuisse in laude mea, qui fueris in salute. Ego, ni te videre scirem, quum hæc ad te scriberem, quantum officij sustinerem, quanto pere mihi esset in hac petitione Milonis omni non modò contentione, sed etiam dimicatione elaborandum, plura scriberem. Nunc tibi omnem rem atque f *causam*, meq; totum commendo atque trado. Vnum hoc sic habeto, si f *a* te hanc rem impetraro, me penè plus tibi quàm ipsi Miloni, debiturum. Nō enim mihi tam mea salus cara fuit, in qua præcipuè sum ab illo adiutus, quàm pietas erit in referenda gratia iocunda. Eam autem vnus tui studio me assequi posse confido. Vale.

ARG. Hanc scripsit in Cilicia, quum esset proconsul. Gratulatur Curioni de tribunatu pl. hortatur ad boni ciuis officium. De sacerdotio Curionis quiddam interserit. Postremò rogat nequid sibi temporis prorogari ad prouincia administrationem patiatur.

Excusa-

## Cicero pro cos. s. d. Curioni trib. pl. 7

**S**ERA gratulatio reprehendi non solet, præsertim si nulla negligentia prætermissa est. Longè enim absum: audio serò. Sed & tibi gratulor, &, vt sempiternæ laudi tibi sit iste tribunatus, exopto: teque hortor vt omnia gubernes & moderere prudentia tua, ne te auferant aliorum consilia. Nemo est qui sapientius tibi suadere possit te ipso. nunquam labère, si te audies. *b* Non scribo hoc temerè cui scribam, video. noui animum, noui consilium tuum. non vereor ne quid *c* timidè, ne quid stultè facias, si ea defendes quæ ipse recta esse senties. Quòd in id reip. tempus non incideris, sed veneris (iudicio enim tuo, non casu, in ipsum discrimen rerum cõtulisti tribunatum tuũ) profectò vides quanta vis in reip. temporum sit, quanta varietas rerum, quàm incerti exitus, quàm flexibiles hominum voluntates: quid insidiarum, quid vanitatis in vita, non dubito quin cogites. Sed, amabo te, cura & cogita, nihil noui, sed illud idem quod initio scripsi. tecum loquere, *d* te adhibe in consilium, te audi, tibi obtempera. Alteri qui melius dare consilium possit quàm tu, non facile inueniri potest: tibi verò ipsi certè nemo melius dabit. Dij immortales, cur ego non *e* adsum vel spectator laudum tuarum, vel particeps, vel socius, vel minister consiliorum? tamen si hoc minime tibi deest: sed tamen efficeret magnitudo & vis amoris mei, consilio te vt possem iuuare. Scribam ad te plura aliàs. Paucis enim diebus eram missurus domesticos tabellarjos:

*Tria seruat in officio gratulationis. Primum gratulatur partã dignitatem: deinde bene precatur: rû hortatur ad magistratum cum laude gerendũ.*  
*b Ep. 13. lib. 4.*  
*c Fortitudo & prudentia in administratib. reip. requiruntur.*

*d Timebat, quod euenit, ne descisceret à reipub. causa.*

*e Si affuisset, fortè Curio nõ se ad Casaris partes trãsulisset.*

*s De quo' vid.  
ep. 4. lib. 15.*

*b Pōrificatum,  
opinor, intelli-  
git. Dio lib. 49.  
fusse Aus autē  
est in patris lo-  
cū. or. De har.  
ressponsis. Pote-  
rat enim ut  
tribunus pl.  
intercedere.*

*c Legibus an-  
nua erat pro-  
uinciarū ad-  
ministratio.  
d Profectus e-  
rat cum an-  
nuo imperio.*

*e Vide ep. 1. 18.  
qui Cicero re-  
sponder.*

bellarios: ut quoniam sanè & feliciter & ex mea sententia temp. gessimus, vnis literis totius æstatis res gestas ad senatum perscriberem. De b sacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, quàmque difficili in re atque causa, cognosces ex iis literis quas Thrasoni liberto tuo dedi. Te, mi Curio, pro tua incredibili in me beneuolentia, mea que item in te singulari, rogo atque oro, ne b patiare mihi quidquam ad hanc prouincialem molestiam temporis prorogari. præsens tecum egi, quum te, tribunum plebis isto anno fore non putarem: item que petui sæpius per literas: sed tum quasi à senatore nobilissimo & adulescente gratiosissimo, nunc à tribuno plebis, & à Cutione tribuno, non ut decernatur aliquid noui (quod solet esse difficilius) sed ut nequid noui decernatur, & ut s. c. & c. leges defendas, ea que mihi conditio maneat, qua d. profectus sum. hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

*ARG. Leuiter Cælium oburgat, qui commentarium misisset refertum leuissimis rebus. tum hortatur ad amicitiam Pompeij, emergente iam belli ciuilis initio. addit de suo in prouinciam itinere. in extremo, ne sibi prouincia tempus prorogetur.*

Obiurgatoria, Hortatoria, Commendatoria.

Cicero procos. s. p. M. Cælio Rufo. §

**Q**UID? tu e me hoc tibi mandasse existimas, ut mihi gladiatorum cōpositiones, ut vadimonia dilata, & Chrestii compilationem mitteres, & ea qua nobis, quum Romæ sumus, narrare nemo audeat? Vide quantum tibi meo iudicio

iudicio a tribuam : (nec mehercule iniuria. πολιτικάτερον enim te adhuc neminem cognoui) ne illa quidē curo mihi scribas, quæ maximis in rebus reip. geruntur quotidie, nisi quid ad me ipsum pertinebit. scribent alij: multi nūtiabunt: perferet multa etiam ipse rumor. Quare ego nec præterita nec præsentia abs te, sed, vt ab homine longè in posterum b prospiciente, futura expecto : vt ex tuis literis quum formam reip. viderim, quale a difi. ium futurum sit scire possim. Neque tamen adhuc habeo quod te accusem. neque enim fuit quod tu plus providere posses quàm quiuis nostrum, in primisque ego, qui e cum Pompeio complures dies nullis in aliis nisi de rep. sermonib. versatus sum: quæ nec possunt scribi, nec scribenda sunt. Tantam habeto, ciuem egregium esse Pompeium, & ad omnia quæ providenda sunt in rep. & animo & cōsilio paratum. Quare da te homini, cōplete- tur mihi crede. d iam iidem illi & boni & mali ciues videntur qui nobis videri solent Ego, quū Athenis decem e ipsos dies fuissē, multumque mecum Gallus noster Caninius, proficiscebar inde pridie nonas Quint. quum hoc ad te literarum dedi. Tibi cum omnia mea commendatissima esse cupio, tum nihil magis quàm ne tempus nobis prouinciæ f protogetur. in eo mihi sunt omnia. Quid, quando, & quomodo, & per quos agendum sit, tu optimè constitues. Vale.

a Qui putem te futura prospicere.

b Quod non nisi diuturno rerum ingenijq; præstantia cōsequimur.

c Tarētī loquutus erat cū Pōpeio, vt est epi. 6. & 7. lib. 5. ad Atticum.

d Quia non idē antea senserat.

e Decem integros dies, sic loquutus ep. 27. l. 3 ad Att. & in Bruto.

f Quod metuebat, emergente iam inter Cæsarem & Pōpeium discordia. vide ep. 5. lib. 8.

A. R. S. Gratulatur Cælio, quod, superatis imperatoribus, ad illicurulis designatus sit.

Gratulatoria.

Cicero

Cicero procos. R. D. M. Cælio Rufo,  
ædili cur. des.

a Vide ep. 23. l.

7.

b *Aedilitatem enim pratura, praturam consularatus sequebatur.*

c Vide ep. 3. l. 8.

d *Ipse mihi representavi.*

e *Verba Cæcilij poeta. Vide lib. 2. de fin.*

f *Subaudi errorem, esse puto. sumptum à Trabea comico poeta, ut est lib. 2. de fin. & Tusc.*

g *adimit enim voluptas mentem non minus quam molestia. Itidem Plato lib. 3. de repub. loquutus est.*

g *Fortasse ob Hirrum in auguratu competitorem.*

**P**RIMVM tibi, vt debeo, gratulor, lætorq; tum præsentium etiam b sperata tua dignitate, serius, non negligentia mea, sed ignorantia rerum omnium. In his enim sum locis, quò & propter longinquitatē & propter atrocitiam tardissimè omnia perferuntur. & cùm gratulor, tum verò quibus verbis tibi gratias agam, nō reperio, c quòd ita factus sis, vt dederis nobis, quemadmodum scripseras ad me, quem semper ridere possemus. itaque quum primùm audiui, ego ille ipse factus sum, (scis quem dicam) d egiq; omnes illos adolescentes, quos ille iactitat. difficile est loqui. Te autem contēplans absentem, & quasi tecum coram loquerer, Non ædepol quantā egeris rē, neque quantū facinus feceris. quod quia præter opinionē mihi acciderat, referēbā me ad illud: e Incredibile hoc factu obijcitur. repentē verò inCESSI omnib. latitiis, in quo quum obiurgarer quod nimio gaudio penē desiperem, ita me defendebam. Ego f voluptatē animi nimiam. quid quæris? dum illum rideo, penē sum factus ille. Sed hæc pluribus, multa q; alia & de te & ad te, quū primùm ero aliquid nactus otij. Te verò, mi Rufo. diligo, quē mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meę, vltorem non modò inimicorum sed etiam inuidorum meorum: vt eos partim scelerum suorum, partim etiam g ineptiarum pœniteret. Vale.

**ARG.** *Queri videtur de tabellaris epistolas nō red-  
dentibus, re vera Cælium negligentia accusat: tum sua  
gesta magnifice narrat.*

Accusa-

Accusatoria, Narratoria.

Cicero Imp. s. D. Cælio Rufo, ædili  
cur. des.

10

**T**V vide a quàm ad me literæ non perferan-  
tur. non enim adduci possum vt abs te, po-  
stea quàm ædilis factus es, nullas putem datas,  
præsertim quum esset tanta res, tantæ gratula-  
tionis: *b* de te, quia, quod sperabam: de Hillo  
(balbus enim sum) quod non putaram. Atqui  
sic habeto, nullam me epistolam accepisse tuam  
post comitia ista præclara, quæ me lætitia *c* ex-  
tulerunt. Ex quo vereor ne idē eueniat in meas  
literas. Equidem nunquam domum nisi vnam  
epistolam quin esset ad te altera: nec mihi est te  
iocundius quidquam, nec carius. Sed balbi non  
sumus: ad rē redeamus. Vt *d* optasti, ita est, velles  
enim (ais) tantummodo vt haberē negotii, quod  
esset ad laureolā satis. Parthos times, quia disti-  
dis copiis nostris: ergo ita accidit. Nam, Parthi-  
co bello nūtiato, locorum quibusdam angustiis  
& natura montium fretus, ad Amanum exer-  
citum adduxi, satis probè ornatum auxiliis, &  
quadam auctoritate: apud eos qui me non no-  
rant, nominis nostri multum est enim in his lo-  
cis: Hicne est ille qui urbem? quem senatu?  
nostri cætera. Quum venissem ad Amanum,  
qui mons mihi cum Bibulo communis est, diui-  
sus aquarum diuortiis, *f* Cassius hoster, quod  
mihi magnæ voluptati fuit, feliciter ab Antio-  
chia hostem reiecerat. Bibulus *g* provinciā acce-  
perat: interea cum meis copiis omnib. vexaui A-  
maniēses, hostes sempiternos multi occisi, capti:

*a Antiquus li-  
ber, quæ obrem.**b Respondet ad**locum epistola**Cælij, qua est**ep. 4. l. 8.**c Quæ ea mihi**aliorum litera**cognita essent.**d De exitu bel-**li Parthici. ep.**5. lib. 8.**e Respondet ad**locum epistola**Cælij. vide ep.**5. l. 8.**f Hic est C. Cas-**sius, qui mox**Cæsare occidit.**g Dyriam pro-**vinciam sua.*

D

reli-

a Ep. 1. l. 9.

b *Historicus,*  
*Alexandri co-*  
*mes in expedi-*  
*tionibus. Plin.*  
*l. 6. c. 31. Cic. l. 1.*  
*de leg. Quint.*  
*l. 10. c. 1.*  
 c *Ad Att. ep.*  
*20. lib. 5.*

d i. *difficilius.*  
*ut in ep. ad Q.*  
*fratrem, spissum*  
*opus.*

reliqui dissipati, castella munita, improviso ad-  
 uentu capta & incensa. Ita victoria iusta a im-  
 perator appellatus apud Issum (quo in loco sæ-  
 pè, ut ex te audiui, b Clitarchus tibi narrauit  
 Darium ab Alexandro esse superatum) abduxi  
 exercitum ad infestissimam Ciliciæ partem.  
 Ibi quintum & vigesimum iam diem aggeri-  
 bus, vineis, turribus oppugnabam oppidum mu-  
 nitissimum Pindenissum, tantis opibus tantoq;  
 negotio, ut mihi ad summam gloriam nihil des-  
 sit, nisi c nomen oppidi quod si, ut spero, cepero,  
 tum verò literas publicè mittam. Hæc ad te in-  
 præsentem scripsi, ut speres te assequi id quod o-  
 ptasti. Sed, ut redeam ad Parthos, hæc æstas ha-  
 buit hunc exitum satis felicem: ea quæ sequitur,  
 magno est in timore. Quare, mi Rufe, vigila:  
 primùm ut mihi succedatur: sin id erit, ut scribis,  
 & ut ego arbitror, dispissius, illud quod facile est,  
 ne quid mihi temporis prorogetur. De rep. ex  
 tuis literis, ut antea tibi scripsi, cum præsentia  
 tum etiam futura magis expecto. Quare, ut ad  
 me omnia quam diligentissimè perscribas, te  
 vehementer rogo. Vale.

ARG. *Suum declarat urbis desiderium: & panthe-  
 ras ait non posse capi, quas Calius adili petierat ut in  
 suis ludis populo ostenderet.*

Petitoria, Officiosa.

Cicero Imp. s. d. Cœlio ædili  
 cur.

a *Nimia solici-*  
*tudine, nimio*  
*etiã gaudio ita*  
*perturbatur*  
*animus, ut*  
*verba nõ sus-*  
*petant.*

P VTA RES NE VNQUAM accidere posse ut mi-  
 hi a verba deessent? neq; solum ista vestra  
 oratoria, sed hæc etiam leui a nostratia? desunt  
 autem propter hanc causam, quod mirificè  
 sum

sum sollicitus quidnam de prouinciis decernatur. Mirum me desiderium tenet a vrbis, incredibile meorum, atque in primis tui, satietas autem prouinciæ: vel quia videmur eam famam consequuti, vt nō tam accessio quærenda, quàm fortuna *b* metuenda sit: vel quia totum negotium non est dignum viribus nostris, qui maiora in rep. onera sustinere & possimus & soleamus: vel quia belli magni *c* timor impendet: quod videmur effugere, si ad constitutam diem decedemus. De pantheris per eos qui venari solent, agitur mandato meo diligenter: sed mira paucitas est: & eas quæ sunt, valdè aiunt queri quod nihil cuiquam *d* insidia nū in mea prouincia, nisi sibi, fiat. Itaque constituisse dicuntur in Cariam ex nostra prouincia decedere: sed tamē sedulò fit, & in primis *e* à Patisco. Quidquid erit, tibi erit: sed qui planè esset, nesciebamus: mihi mehercule magnæ curæ est ædilitas tua. ipsa dies me admonebat: scrip si enim hæc ipsis *f* Megalensibus. Tu velim ad me de omni reip. statu quam diligentissimè perscribas. ea. n. certissima puta bo quæ ex te cognouero. Vale.

ARG. Literas à Cælio requirit, de rebus vrbis, & hortatur eum vt vrbanos potius magistratus sequatur, quàm prouinciales.

Hortatoria.

Cicero Imp. s. D. Cælio, ædili cur.

SOLICITVS equidem eram de rebus vrbis: ita tumultuosæ conciones, ita molestæ

*a* Cupiebat sibi successorem mitti.

*b* Ob expectationem belli Parthici.

*c* Timor à Parthis astate proxima, vt est in epistola precedenti.

*d* Sublata à se latrocinia festiuè significat.

*e* Ep. 6. lib. 8. & ep. 13. & 15. l. 12. & Hirrius de bello Alex.

*f* Quo die ludos Megalenses & Romanos dabāt adites ante tēplum magnæ matris Deum.

eo igitur die Cicero admonebatur ludorū Romanorū, quibus Pantheras Græcas dare Cælius cupiebat. ep. 9. l. 8.

a *Quinq; dies festi, Minerva dicati. Varro.*  
 b *Ob demētias nonnullorum.*

c *Quo neminē πολιπκώτερον cognoui. epist. 8.*

d *Malè audiebat Deiotarus auaritia nomine. vide ep. 12. l. 9.*

e *Laudat māsionem urbanā ab utili & suauitate.*

f *Pro abstinentia posuit.*

g *Non enim triumphari potest, nisi eatur in provinciam.*

a quinquattus afferebantur: nam ceteriora nondum audiebamus: sed tamē nihil me magis sollicitabat, quā in his molestiis non me, si qua ridenda essent, b ridere tecum. sunt enim multa, sed ea non audeo scribere. Illud molestē fero, nihil me adhuc his de rebus habere tuarum literarum. Quare, etsi, quum tu hæc leges; ego iam annum munus confecero: tamen obuiam mihi velim sint literæ tuæ, quæ me erudiant de omni rep. ne hospes planè veniam. hoc melius c quā tu facere nemo potest. Diogenes tuus, homo modestus, à me cum Philone Pessinunte discessit. iter habebant ad Deiotarum regem: quanquam omnia nec d benigna nec copiosa cognorant. Urbem mi Rufe cole, & in ista luce viue. omnis enim peregrinatio (quod ego ab adolescentia iudicauī) obscura & sordida est iis quorum industria Romæ potest illustris esse. Quod quum probè scirem, vtinam in sententia permanissem: e cum vnà mehercule ambulatione atque vno sermone nostro omnes fructus provincie non confero. Spero me f integritatis laudem consequutum: non erat minor ex contemnenda quā ex conseruata provincia. spes g triumphī, inquis? satis gloriosè triumpharem, si non essem tam diu quidem in desiderio rerum mihi carissimarum. Sed, vt spero, propediem te videbo. tu mihi obuiam mitte epistolas te dignas. Vale.

ARG. Respondet epistola Calū, qua nona est lib. 8. eam lege, si huius argumentum atque etiam interpretationem quæru.

Responsorio ad monitoriam.

Cicero

Cicero Imp. s. D. Cœlio,  
 ædili, cur. 13

**R**ARAS a tuas quidem, (fortasse enim non  
 perferuntur) sed suaves accipio literas. Vel  
 quas proximè acceperam, quàm prudentes,  
 quàm multi & officii & consilii; Et si omnia sic  
 constitueram mihi agenda vt tu admonebas, ta-  
 men confirmantur nostra consilia, quum senti-  
 mus b prudentibus fideliterq; suadentibus idem  
 videri: Ego c Appium (vt sæpe tecum loquutus  
 sum) valde diligo: meque ab eo diligi statim cœ-  
 ptum esse, vt simulatē deposuimus, sensi. Nam  
 & honorificus in me consul fuit, & suavis ami-  
 cus, & studiosus studiorum etiam meorum. Mea  
 verò officia ei non defuisse, tute es testis: quo-  
 niam *χωμινός μοῖρός*, vt opinor, accidit d Pha-  
 nia: & mehercule etiam pluris eum feci, quòd te  
 amari ab eo sensi. iam me Pompeij totum esse  
 scis: e Brutum à me amari intelligis. Quid est  
 causæ cur mihi non sit in optatis, complecti ho-  
 minem florentem ætate, opibus, honoribus, in-  
 genio, liberis, propinquis, affinibus, amicis? f  
 collegam meum præsertim, & in ipsa collegij  
 laude g scientia studiosum mei? Hæc eo pluri-  
 bus scripsi, quòd mihi significabant tuæ literæ  
 subdubitare te qua essem erga illum voluntate.  
 credo te audisse aliquid. falsum est (mihi crede)  
 si quid audisti. Genus institutorum & rationum  
 mearum h dissimilitudinem nonnullam habet  
 cum illius administratione prouinciæ. Ex eo  
 quidam suspicati fortasse sunt, animorum con-  
 tentione, non opinionum disensione, me ab eo

a Vide artifi-  
 cium: quum  
 paucis verbis  
 accuset, excu-  
 set, laudet.

b Ep. 11. l. 6.  
 c Fratrem T.  
 Clodij à Milone  
 occisi.

d Appij liber-  
 tus. ep. 1. l. 3.

e Ex duabus  
 Appij filiabus  
 alteri Pompeij  
 filio nupserat,  
 altera Bruto,  
 ep. 4. l. 3.

f In augu-  
 ratu.

g Ep. 4. l. 3.

h Vide ep. 8. l. 3.

discrepare. nihil autem feci vnquam, neq; dixi, quod contra illius existimationem esse vellem. Post hoc negotium autē, & temeritatem nostri

- a** Dolabella *a* Dolabellæ, deprecatoiem me pro illius periculo præbeo. Erat in eadem epistola *b* veteris ciuitatis. Gaudebam sanè, & congelasse *c* nostriū Appium accusauerat.
- b** Ep 9. l. 8. amicum lætabar otio. Extrema pagella pupugit
- c** Curionem significat. vide me tuo chirographo. quid ais? Cæsarem nūc defendit Curio? quis hoc putaret præter me? nam, ep. 9. l. 8. ita viuiam, *d* putauit. Dij immortales, quàm ego
- d** Quum de Curione & ob leuitatem & ob as alienum hoc suspicarer. risum nostrum desidero; Mihi erat in animo, quoniam iurisdictionem confeceram, ciuitates locupletaram, publicanis etiam superioris lustris reliqua sine sociorum vlla *e* querela conseruaram: priuatis, summis, infimis fueram iocundus, proficisci in *f* Ciliciam nonis Maij: & quū primum æstiuam attigissem, militaremq; rem collocassem, *g* decedere ex S. C. Cupio te adilem videre: miroque desiderio me vrbs afficit, & omnes mei, tuque in primis. Vale.
- e** Ad Att. ep. 2. l. 6.
- f** Erat igitur in Asia.
- g** Senatus enim decreuerat ut anno confecto decederet.

ARG. Commendat Fabium à quinque rebus: bonitate, doctrina, ingenio, modestia, amicitia sua.

### Commendatoria.

Cicero Imp. s. D. Coelio adili cur.

14

**a** Cōiungit bonitatem & doctrinā. nā nec imperita bonitas, nec improba doctrina laudatur.

**b** locus cū laude Coelij.

**M**ARCO FABIO, viro *a* optimo & homine doctissimo, familiarissimè vtor: mirificèq; eū diligo, cūm propter summum eius ingenium summamq; doctrinam, tū propter singularem modestiā eius negotium sic velim suscipias vt si esset res mea. Noui ego vos magnos patronos. hominem *b* occidat oportet, qui vōstra opera vitii velit.

velit. sed in hoc homine nullam accipio excusa-  
tionem. omnia relinques, si me amabis, quum  
tua opera Fabius uti volet. Ego res a Romanas  
vehementer expecto & desidero: in primisque  
quid agas scire cupio: nam iamdiu propter  
hiemis magnitudinem nihil novi ad nos af-  
ferebatur. Vale.

*a In hoc nomi-  
ne videtur esse  
ἐπιφασίς.*

ARG. Scribit de supplicationibus suis, de nuptiis fi-  
liae & P. Cornelij Dolabellae, de civilibus discordiis: de ra-  
tionibus quibus adductus C. Coelium quaestorem suum  
provinciae praeposuerit. Respondet Coelii tribus epistolis  
primum quae est 11. deinde 12. postremo 7. l. 8.

Responsoria ad nunciatorias.

Cicero Imp. s. D. Coelio aedili  
cur.

15

NON potuit accuratius agi, neque pruden-  
tius, quam actum est a te cum Curione de  
a supplicatione. & mehercule confecta res est  
ex mea sententia, cum celeritate, tum quod b  
is qui erat iratus, competitor tuus, & idem  
meus, assensus est ei qui ornauit res nostras  
diuinis laudibus. Quare scito me sperare c ea  
quae sequuntur: ad quae tu te para. Dolabellam  
a te gaudeo primum laudari, deinde etiam a  
mari. nam ea quae speras Tulliae meae pruden-  
tia d temperari posse, scio cui epistola tua re-  
spondeant. quid si meam legas, quam ego tum e  
ex tuis literis misi ad Appium? sed quid agas?  
sic viuitur quod actum est, dii approbent: spero  
fore iocundum generum nobis. Multum in eo  
tua nos e humanitas adinuabit. Resp me valde

*a Vide ep. 11. l. 8.  
b Hirrum in-  
telligit, suum  
competitorē in  
auguratu.  
c i. triumphū,  
qui fere post  
supplicationes  
dabatur.  
d Vide ep. 9. &  
12. lib. 8.  
e Tu enim bo-  
nū mihi gene-  
rū, pro mutuo  
inter nos am-  
re, praestabis.*

solicitat. faueo Curioni : Cæsarem honestum esse cupio, pro Pompeio emori possum : sed tamen ipsa rep. nihil mihi est carius. in qua tu non valde te *a* iactas. districtus enim mihi videris esse, quod & bonus ciuis & bonus amicus es. Ego de prouincia decedens, qua storem Cœlium præposui prouinciæ, puerum, inquis ? at qua storem, at nobilem adolescentem, at omnium ferè *b* exemplo, neque erat *c* superiore honore vsus, quem præficerem. *d* Pontinius multo antè discesserat : à *Q* fratre impetrari non poterat : quem tamen si reliquisset, dicerent iniqui, non me planè post annum, vt senatus voluisset, ex prouincia decessisse, quoniam alterum me reliquisset. Fortasse & illud adderent, senatum eos voluisse prouinciis præesse, qui antea *e* non præfuerunt : fratrem meum triennium Asiæ præfuisse. Deniq; nunc sollicitus non sum : si fratrem reliquisset, omnia *f* timerem postremò, non tam mea sponte, quàm potentissimorum *g* duorum exemplo, qui omnes Cassios Antoniosque complexi sunt, hominem adolescentem non tam allicere volui, quàm alienare nolui. hoc tu meum consilium laudes necesse est : mutari enim non potest. De *h* Ocella parum planè ad me scripseras, & in actis non erat. Tuæ res gestæ ita notæ sunt, vt trans montem Taurum etiam de Matrinio sit auditum. Ego, nisi quid me Etesiæ morabuntur, celeriter, vt spero, vos videbo. Vale.

ARG. Huius epistola apertum erit argumentum si legas epistolam Calij, qua ante ultimam est l. 8. cui hac respondet.

Excusatoria, Deliberatoria.

Cicero Imp. s. D. Coelio ædili, cur.

16.

**M**AGNO dolore me affecissent tuæ literæ, a Ratio multū  
 nisi iam & a ratio ipsa depulisset omnes molestias, & b diuturna desperatione rerum potest ipsa per  
 obduruisset animus ad dolorem nouum: sed c cum consue-  
 tamen, quare acciderit vt ex meis c superiori- tudine.  
 bus literis id suspicari quod scribis, nescio. c Quæ non ex-  
 Quid enim fuit in illis præter querelam tempo- rant.  
 rum, quæ non animum meum magis d solici- d Metu belli  
 tum haberent, quàm tuum: nam non eã cogno- ciuili. di. Et ñ est  
 ui aciem ingenii tui, quod ipse videam, te id autẽ, sollicitum  
 vt non putem videre. Illud miror, adduci po- haberẽt, pro so-  
 tuisse te, qui me penitus nosse deberes, vt me licitarent: vt  
 existimares aut tam improuidum qui ab exci- epist. 1. l. 16 ad  
 tata fortuna ad inclinatam & prope iacentem At. & Cic. l. 3.  
 desciscerem, aut tam inconstantem: vt colle- de rep.  
 tam gratiam florentissimi hominis effunde- e Id est, à Ca-  
 rem, à meque ipse deficerem, &, quod initio sare ad Põpeiũ.  
 semperque fugi ciuili bello interessẽ. Quod f Ep. 16. l. 8.  
 est igitur meum f triste cõsiliũ? vt discederem g Ep. 16. l. 8.  
 fortasse in aliquas g solitudines. Nosti enim non h Ep. 16. l. 8. &  
 modò stomachi mei, cuius tu similem quõdam 2. lib. 9.  
 habebas, sed etiam h oculorum in hominum i Erat enim  
 insolentium indignitate fastidium. Accedit proconsul.  
 etiam molesta hæc pompa lictorum meorum, k Honore, duo  
 nomenq; i imperii, quo appellor, eo si k onere veteres libri.  
 carerem, quamuis paruis Italiæ latebris con- l Quam liFo-  
 tentus essem. sed incurrit hæc nostra l laurus res post victo-  
 non solùm in oculos, sed iam etiam in vuculas riam præfere-  
 maleuolorum. Quod quum ita esset, nihil ta- bant, fascibus.  
 D. s. men insertam.

men vnquam de profectiōe, nisi vobis appro-  
bantibus, cogitavi. Sed mea prædiola tibi no-  
ta sunt: in his mihi necesse est esse, ne amicis  
molestus sim. Quòd autem in maritimis facil-  
limè sum, moueo nonnullis suspiciōem, vel-

*a In Graciā ad  
Pompeium.*

*b Nauigauit  
tamen paulo  
post.*

le me *a* nauigare: quod tamen fortasse nō nol-  
lem, si possem ad otium. nam ad bellum qui-  
dem, *b* qui conuenit? præsertim contra eum,  
cui spero me satis fecisse, ab eo, qui tamen satis  
fieri nullo modo potest. Deinde sententiam  
meam tu facillimè perspicere potuisti iam ab  
illo tempore, quū in Cumanū mihi obuiam ve-  
nisti non enim te cęlaui: sed nōne tū prouidisti  
quàm abhorrerem ab vrbe relinquenda? quod  
quū audissem, nōne tibi affirmavi quiduis me  
potius perpeffurū, quàm ex Italia ad bellum ci-  
uile exiturum? quid *c* ergo accidit cui consilium

*c Quū ex pro-  
uincia redirē.  
d A constātia,  
& studio pacis.*

mutarē? nōne *d* omnia potius, vt in sententia  
permanerem? Credas hoc mihi velim (quod pu-  
to te existimare) ex his miseris nihil aliud me  
quærere, nisi vt homines aliquando intelligant,

*e Re à Pompeio  
& Pōpeianis in  
Italia male  
gesta.*

me nihil maluisse quàm pacem: ea desperata  
nihil tam fugisse quàm arma ciuilia, huius me  
constantie puto fore vt nunquam pœniteat Et  
enim memini in hoc genere *e* gloriari solitum

*f Syllanis tem-  
porib. ideo feli-  
cem appellat  
in Bruto.*

esse familiarem nostrum Qu Hortēsiū, quòd  
nunquam bello ciuili interfuisset: hoc nostra  
laus erit illustrior, quod illi tribuebatur igna-  
uia: de nobis id existimari posse non arbitror.

*Scripterat  
Cælius de Ca-  
sare, nihil nisi  
atrox & sauu  
cogitat.*

Nec me *f* ista terrent, quæ mihi à te ad timorem  
fidissimè atque amantissimè proponuntur.  
Nulla est enim acerbitas, quæ non omnibus,  
hac orbis terrarum perturbatione impende-  
re videatur: quam quidem ego à rep. meis pri-  
uatis

uatis & domesticis incommodis libentissimè,  
 vel istis ipsis, quæ tu me mones vt caueam,  
 redemissim. Filio meo, quem tibi carum esse  
 gaudeo, si erit vlla respublica satis amplum  
 patrimonium relinquam memoriam nominis  
 mei sin autem nulla erit, nihil accidet ei sepa-  
 ratim à reliquis ciuibus. Nam, quod rogas vt  
 respiciam *a* generum meum, adolescentem o- *a P. Cornelium*  
 ptimum mihi que carissimum: an dubitas, quam *Dolabellum.*  
 scias, quanti cum illum, tum verò Tulliam  
 meam faciam, quin ea me cura, vehementissi-  
 mè sollicitè? & eo magis, quòd in communi-  
 bus miseris hac tantum oblectabar specula,  
 Dolabellam meum, vel potius nostrum, fore  
 ab iis *b* molestis, quas liberalitate sua contra- *bob are alieno.*  
 xerat, liberum. velim quæras, quòd ille dies su-  
 stinuerit, in vrbe dum fuit, quam aerbos si-  
 bi, quam mihi ipsi socero non honestos. Ita- *c Nuntius ex-*  
 que *c* neque ego hunc Hispaniensem casum *pestabatur de*  
 expecto, de quo mihi exploratum est ita esse *bello Hispaniense*  
 vt tu scribis: nec quidquam astutè cogito. si- *quod à Cesare*  
 quando erit ciuitas, erit profectò nobis locus: *contra Pompey*  
 sin autem non erit, in eadem solitudines tu i- *legatos gere-*  
 pte (vt arbitror) venies, in quibus nos confedis- *batur.*  
 se audies. Sed ego fortasse *d* vaticinor, & hæc o- *d Alucinor*  
 mnia meliores habebunt exitus. Recordor *e- infansio, vt in*  
 nim desperationes eorum qui senes erant ado- *orat, pro Sext-*  
 lescente me. eos ego fortasse nunc imitor, & *tio.*  
 vtor ætatis vitio. velim ita sit. sed tamen, to-  
 gam *e* prætextam texi Oppio, puto te audisse. *e Magistratū*  
 Nam Curtius noster dibaphum cogitat: sed *parari.*  
 eum infector moratur. Hæc adspersi, vt sci-  
 res, me tamen in stomacho solere ridere. De *f Ridere cum*  
 Dolabella, quod scripsi suadeo videas, tanquam *iracundia.*

a. *Discessum ex Italia significat.*

si res tua agatur. Extremum illud erit: nos nihil turbulenter, nihil temerè faciemus. te tamen oramus, a quibuscunque erimus in terris, ut nos liberosq; nostros ita tueare, ut amicitia nostra & tua fides postulabit: Vale.

ARG. Respondet ad omnes partes epistola Canini: deinde altera epistola roganti ut se Bibulo commendet, causas affert, quare id facere non debeat: se tamen illum morem gestisse confirmat.

a. *Mendosum, nã, Caninius & Sallustius, dua familia simul esse non possunt. forte, C. Sallustio, vel Caninio Sallustian. quomodo loquutus etiã est in inscriptione ep. 59. l. 13.*  
 b. *Rectè arbitrat: nemo enim successit.*  
 c. *Ep. 7. l. 6. ad Attic.*  
 d. *Fortasse. n. si turbulenter audiero, subsistã in itinere.*  
 e. *Propter inimicitias cum Casare.*

Responsoria, Expostulatoria.

Cicero Imp. s. d. a Caninio Sallustio procos. 17

LITERAS à te mihi statator tuus reddidit Tar. h. ad XVI. Kalen. Sext. his ego ordine, ut videris vel'e, respondebo. De successore meo nihil audiui: nec quenquam fore b arbitror. quin ad diem decedam, nulla causa est, praesertim sublato metu Parthico commoraturum me nusquam sanè arbitror. c Rhodum, Cicero-num causa puerorum, accessurum puto: neque id tamen certum est. Ad urbem velim quam primum venire: sed tamen iter meum d reip. & rerum urbanarum ratio gubernabit. Successor tuus non potest ita maturare villo modo, ut tu me in Asia possis conuenire. De rationibus referendis, non erat incommodum te nullam referre: quam tibi scribis à Bibulo fieri potestatem: sed id vix mihi videris per legem Iuliam facere posse. quam Bibulus e certa quadam ratione non seruat, tibi magnopere seruandam cenleo. Quod scribis, a pamea praesidium deduci non

ei non oportuisse, videbam idem ceteros exi- a *Trans. Eu-*  
 stimare: molestèque ferebam, de ea re minus *phratè, imperij*  
 commodos sermones maleuolorum fuisse Par- *Rom. terminis*  
 this a transferint, necne, præter te video du- *sed loquitur de*  
 bitare neminem. itaque omnia præsidia, quæ *transitu disce-*  
 magna & firma paraueram, commotus homi- *dentium.*  
 num non dubio sermone, dimisi. Rationes b *Vide ep. 20. l3.*  
 mei quaestoris nec verum fuit me tibi mittere, c *uniuersa ab*  
 nec tum erant confectæ. eas nos b *Apameæ de-*  
 ponere cogitabamus. De præda c mea, præter *ipso in bello fa-*  
 quaestores urbanos, id est populum R. terun- *cta, nõ qua ad*  
 cium nec attigit nec tacturus est quisquam. *ipsum propriè*  
 Laodiceæ me prædas accepturum arbitror o- *pertineret.*  
 mnis pecuniæ publicæ, ut & mihi & populo *dicentum mil-*  
 cautum sit sine vesturæ periculo. Quos scribis *libus. drachma*  
 ad me d drachmis e c c c i o o o nihil est quod *verò respondet*  
 in isto genere cuiquam possim commodare. *fere denario*  
 omnis enim pecunia ita tractatur, ut præda *Romanp. de-*  
 à præfectis, quæ autem mihi attributa est, à *narius autem*  
 quaestore curetur. Quod quaeris quid existimem *quatuor cõti-*  
 de legionibus quæ decretæ sunt in Syriam: an- *ner sestertia.*  
 tea dubitabam venturæ ne essent, nunc mihi *e Sallustij. Bi-*  
 non est dubium, quin, si antea auditum erit, *bulo enim, ci-*  
 otium esse in Syria, venturæ non sint. Marius *nili bello exor-*  
 quidem e successorem tardè video esse ventu- *to successit ne-*  
 rum, propterea quòd senatus ita decreuit, ut *mo.*  
 cum f legionibus iret. Vni epistolæ respondi: *f Liu. lib. 9. &*  
 venio ad alteram. Petis à me ut Bibulo te quam *Fest.*  
 diligentissimè commendam. in quo mihi vo- *g Quo plus hu-*  
 luntas non deest: sed locus videtur esse tecum *manntatis o-*  
 g exoptulandi. solus enim tu ex omnibus qui *stendat, primè*  
 cum Bibulo sunt certiozem me nunquam fe- *exoptulat, de-*  
 cisti, quàm valde Bibuli voluntas à me sine *inde morè illi*  
 causa abhorreret. Permulti enim ad me de *à se gestum*  
 tulcerunt, *subiungit.*

*a De Parthorū aduentu ep. 10.* tulerunt, quum magnus Antiochiæ *a* metus ef-  
*b Vide ep. 9. l. 15.* fet, & magna spes in me atque in exercitu meo  
*c Quia provin- videri eguisse auxilio meo. Quod ego officio*  
*cia præsit, quæstorio te adductum reticere de c prætoris tuo*  
*non quia præ- non molestè ferèbam: quanquam, quemadmo-*  
*turam gerat. dum tractarere, audiebam. Ille autem, quum ad*  
*fio Asc. de Sca- Thermum de Parthico bello scriberet, ad me d*  
*uola.* literam nunquam misit, ad quem intelligebat  
*d Nedū literas.* eius belli periculum pertinere: tantum de *e* au-  
*e Ut cū adiu- guratu filii sui scripsit ad me. In quo ego f*  
*uaret: augur* misericordia commotus, & quod semper amicissi-  
*n. orat. Cicero.* mus Bibulo fui, dedi operam vt ei quàm huma-  
*f Duos Bibuli nissimè scriberem: ille, si omnibus est maleuo-*  
*filios occiderāt lus (quod nunquam existimaui) minus offen-*  
*equites Ale- dor in me: sin à me est alienior, nihil tibi literæ*  
*xandrini: idto meæ proderunt. Nam, ad senatum quas Bibulus*  
*dicit, Miseri- literas misit, in iis, quod mihi cum illo erat cō-*  
*cordia commo- mune sibi soli attribuit. se ait curasse, vt cum*  
*rus. Val. Max. quæstu populi pecunia permutaretur. Quod au-*  
*lib. 4. c. 4. Casar tem meum erat proprium vt g alariis transpa-*  
*l. 3. de bello ciu. danis vti negarem, id etiam populo se remisisse*  
*g Equitibus, scribit: quod verò illius erat solius, id mecum*  
*qui tanquam communicat. equitibus auxiliariis inquit: quū*  
*alia vtrinque amplius frumenti postularem. Illud verò pu-*  
*apud legiones filli animi & ipsa maleuolentia ieiuni atque i-*  
*in acies collo- nanis quod h Ariobarzanem, quem senatus per*  
*cantur.* me regem appellauit, mihi que commendauit,  
*h Regem Cap- iste in literis non regem, sed regis Ariobarzanis*  
*padocia.* filium appellat. Hoc animo qui sunt, deteriores  
 fiunt rogati: sed tibi morem gessi: literas ad eum  
 scripsi: quas quum acceperis, facies quod vo-  
 kes. Vale.

ARG. *Suades ut decedens praponat prouincia quaestorem potius quam legatos, quod ipse quoque postea fecit. vide epist. 15.*

Suasoria.

M. C. Cicero s. d. Q. Thermo  
a propræt.

18

**O**FFICIUM *b* meum erga Rhodonem, cæ- a *toniam rege-*  
teraq; mea studia, quæ tibi ac tuis præstiti, *bat ep. 13. lib. 5.*  
tibi, homini gratissimo, grata esse, vehementer *ad Att.*  
gaudeo: mihi que scito in dies maiori curæ es- *b* *Caprat bene-*  
se dignitatem tuam: quæ quidem à te ipso in- *uolentiam à*  
tegritate & clementia tua sic *c* amplificata est, *laude Thermo*  
vt nihil addi posse videatur. sed mihi magis *et à studio suo*  
magisque quotidie de rationibus tuis cogitan- *erga illum.*  
ti, placet illud meum consilium: quod initio *c* *In prouincia.*  
Aristoni nostro, vt ad me venit, ostendi gra-  
ues te suscepturum *d* inimicitias, si adolescens *d* *Vide ignomi-*  
potens & nobilis à te ignominia affectus es- *niam, et ex ea*  
set: & hercle sine dubio erit ignominia. Ha- *inimicitias, si*  
bes enim neminem honoris gradu superiorem. *legatos relin-*  
Ille autem, vt omittam nobilitatem, hoc ipso *quat.*  
vincit viros optimos hominesque innocentis- *e* *Quæstor e-*  
simos, legatos tuos, quod & e quæstor est, & *nim legatum*  
quæstor tuus. Nocere tibi iratum neminem *dignitate an-*  
posse perspicio: sed tamen tres fratres, summo *teit. vide ep. 5.*  
loco natos, promptos, non indifertos, te nolo  
habere iratos, præsertim iure: quos video de-  
inceps tribunos pl. per triennium *f* fore. Tem-  
pora autem reip. qualia futura sint, quis sciat?  
mili quidem turbulenta videntur fore: cur e-  
go te velim incidere in terrores tribunitios?  
præsertim quum sine cuiusquam reprehensio-  
ne le-

ne legatis quaestorem possis anteferre : qui si dignum se maioribus suis præbuerit, ut spero & opto, tua *a* laus ex aliqua parte fuerit : sin quid offenderit, sibi totum, nihil tibi offenderit. Quæ mihi veniebant in mentem, quæ ad te pertinere arbitrabar, quod in Ciliciam proficiscebatur, existimaui me ad te oportere scribere. Tu quod egeris, id velim dii approbent : sed, si me audies, vitabis *b* inimicitias, & posteritatis otio consulens. Vale.

*a* Vide laudē, aut nullā certē reprehensionē, si quaestorē relinquat.

*b* Quæ tibi fosteruq; obesse possunt.

ARG. Ostendit optatiorem sibi quaestorem obtingere neminem potuisse : & hortatur ut maturet in provinciam venire, antequam ipse decedat.

## Gratulatoria.

M. Cicero Imp. s. D. a C. cœlio caldo, L. F. quaest. 19

*a* Hic est quem provincia, quæ decederet, præposuit. ep. 15.

*b* Quaestores ibant in provincias aut sortē, aut S. C. aut lege, vide Philipp. 2.

*c* Quæ erat pars provinciae suae.

QUVM optatissimum nuntium accepi, te mihi quaestorem obligasse, eo iocundior mihi eam sortem sperabam fore, quod diutius in provincia tecum fuisses. magni enim videbatur interesse, ad eam necessitudinem, quam nobis *b* fors tribuisset, consuetudinem quoque accedere. Postea, quum mihi nihil neque à te ipso, neque ab ullo alio de adventu tuo scriberetur, verebar ne id ita caderet (quod etiam nunc vereor) ne antequam tu in provinciam venisses, ego de provincia decederem. Accepi autem à te missas literas in *c* Cilicia, quum essem in castris, ad x. Kal. Quint. scriptas humanissime : quibus facile & officium & ingenium tuum perspicere possit : sed neque

neque vnde, neque quo die data essent, aut quo tempore te expectarem, significabant: nec is qui attulerat, à te acceperat, vt ex eo scirem quo ex loco aut quo tempore essent data. Quæ quum essent incerta, existimaui tamen esse faciendum vt ad te statores meos & a lictores cum literis mitterem: quas si satis opportuno tempore accepisti, gratissimum mihi feceris, si ad me in Ciliciam quamprimum veneris. Nam, quod ad me Curius, consobrinus tuus, mihi, vt scis, maximè necessarius, quod item b Virgilius, propinquus tuus, familiarissimus noster, de te accuratissimè scripsit, valet id quidem apud me multum, sicuti debet hominum amicissimorum diligens commendatio: sed tuæ literæ, de tua præsertim dignitate, & de nostra coniunctione, maximi sunt apud me ponderis. Mihi quæstor optator obtingere nemo potuit. Quamobrem c quæcunque à me ornamenta in te proficiſcentur, vt omnes intelligant à me habitam esse rationem tuæ maiorumque tuorum dignitatis, sed id iam facilius consequar, si ad me in Ciliciam veneris: quod ego & mea & reip. & maximè tua interesse arbitror. Vale.

a Dictos ait. Fest. quòd fascis virgarum ligatos ferunt. quibus, iussu magistratuum, plagas delinquentibus inferunt.

b De quo Hirtius de bello Afric.

c Quæcumq; i. omnia, vt ad Att. lib. 12. & Virg. l. 3. An. ep. 21. l. 3. & ad Attic.

E CICE-